



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum**

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Tertium

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romæ, 1619**

Vtrum conuenienter assignentur species iracundiæ, & quæ sint? 5

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38803**

bonum iustitiæ, quod appetit iratus, quam bonum delectabile vel vile, quod appetit concupiscens. Vnde Philosophus dicit in 7. Ethic. \* quod incontinens concupiscentiæ est turpior quam incontinens ira. Sed quantum ad inordinationem, quæ est secundum modum irascendi, ira habet quandam excellentiam propter vehementiam, & velocitatem sui motus: secundum illud Prouerb. 27. Ira non habet misericordiam, nec erumpens furor: & impetum concitati spiritus ferre quis poterit? Vnde Gregorius dicit in 5. Moral. \* Ira suæ stimulus accensuræ cor palpitat, corpus tremat, lingua se præpediat, facies ignescit, exasperantur oculi, & nequaquam recognoscuntur noui. Ore quidem clamorem format, sed sensus quid loquitur ignorat.

*Loco cit. in arg.* Ad primum ergo dicendum, quod Chrysostr. \* loquitur de turpitudine quantum ad gestus exteriores, qui proueniunt ex impetu iræ.

Ad secundum dicendum, quod ratio illa procedit secundum inordinatum motum iræ, qui prouenit ex eius impetu, ut dictum est \*.

*In co. ar.* Ad tertium dicendum, quod homicidium non minus prouenit ex odio, vel inuidia, quam ex ira. Ira tamen leuior est, in quantum attendit rationem iustitiæ, ut dictum est \*.

## ARTIC. V.

*Vtrum Philosophus conuenienter determinet species iracundia, dicens quod iracundorum quidam sunt acuti, quidam amari, & quidam difficiles?*

770 **A**D quintum sic proceditur. Videtur, quod conuenienter determinentur species iracundia à Philosopho in quarto Ethicor. \* ubi dicit quod iracundorum quidam sunt acuti, quidam amari, quidam difficiles siue graues. Quia secundum ipsum amari dicuntur, quorum ira difficile soluitur, & multo tempore manet. Sed hoc videtur pertinere ad circumstantiam temporis. Ergo videtur quod etiam

etiam secundum alias circumstantias possint accipi  
alix species iræ.

¶ 2 Præterea, Difficiles siue graues dicit esse,  
quorum ira non commutatur sine cruciatio vel puni-  
tione. Sed hoc etiam pertinet ad insolubilitatem  
iræ. Ergo videtur, quod idem sint difficiles & amari.

¶ 3 Præterea, Dominus Matth. 5. ponit tres gra-  
dus iræ, cum dicit, Qui irascitur fratri suo: & qui  
dixerit fratri suo, Racha: & qui dixerit fratri suo,  
Facie. Qui quidem gradus ad prædictas species non  
referuntur. Ergo videtur quod prædicta diuisio iræ  
non sit conueniens.

SED contra est, quod Gregor. Nissenus dicit\*, *lib. 4. de*  
quod tres sunt irascibilitatis species: scilicet ira, quæ *viribus*  
vocalur fellea: & mania, quæ vocalur insania: & furor. *aiā c. 23.*

Quæ tria videntur esse eadem tribus præmissis. Nam  
iram felleam dicit esse, quæ principium & motum  
habet: quod Philosophus\* attribuit acutis. Maniam *li. 4. ethi.*  
verò dicit esse iram quæ permanet, & in vetusta *c. 5. to. 5.*  
tem deuenit: quod Philosophus attribuit amaris.

¶ Furorem autem dicit esse iram quæ obseruat ten-  
pus in supplicium: quod Philosophus attribuit dif-  
ficilibus. Et eandem etiam diuisionem ponit Dama-  
scen. in 2. lib.\* Ergo prædicta distinctio Philosophi *li. 2. orth.*  
non est inconueniens. *fid. c. 16.*

RESPONDEO dicendum, quod prædicta  
distinctio potest referri vel ad passionem iræ, vel  
etiam ad ipsum peccatum iræ. Quomodo autem refe-  
ratur ad passionem iræ, supra habitum est\*, cum de *1. 2. q. 46*  
passione iræ ageretur: & sic præcipuè videtur poni à *ar. 8.*

Gregorio Nissen, & Damasceno. Nunc autè oportet  
accipere distinctionem harum specierum, secundum *lo: is cit.*  
quod pertinent ad peccatum iræ, prout ponitur à Phi-  
losopho. Potest autè inordinatio iræ ex duobus atten-  
di. Primò quidem, ex ipsa iræ origine. Et hoc perti-  
net ad acutos, qui nimis cito irascuntur, & ex qualibet  
leui causa. Alio modo, ex ipsa iræ duratione: eo scili-  
cet quod ira nimis perseuerat. Quod quidè potest esse  
dupli-

dupliciter. Vno modo, quia causa iræ, scilicet iniuria illata, nimis manet in memoria hominis. Vnde et hoc homo diuinam tristitiam concipit: & ideo sunt sibi ipsis graues & amari. Alio modo contingit ex parte ipsius vindictæ, quam aliquis obstinato appetito querit. Et hoc pertinet ad difficiles siue graues, qui non dimitunt iram quousque puniant.

Ad primum ergo dicendum, quod in speciebus predictis non principaliter consideratur tempus, sed facilitas hominis ad iram, vel firmitas in ira.

Ad secundum dicendum, quod vtrique, scilicet amari & difficiles, habent iram diurnam: sed propter aliam causam. Nam amari habent iram permanentem propter permanentiam tristitiæ, quam inter viscera tenent clausam. Et quia non prorumpunt ad exteriora iracundiæ signa, non possunt persuaderi ab alijs: nec ex seipsis recedunt ab ira, nisi prout diurnitate temporis aboletur tristitia, & sic deficit ira. Sed in difficultibus est ira diurna propter vehementem desiderium vindictæ: & ideo tempore non digeritur, sed per solam punitionem quiescit.

Ad tertium dicendum, quod gradus iræ, quos Dominus ponit, non pertinent ad diuersas iræ species: sed accipiuntur secundum processum humani actus, in quibus primo aliquid in corde concipitur. Et quantum ad hoc dicit, Qui irascitur fratri suo. Secundum autem est, cum per aliqua signa exteriora manifestatur exterius, etiam antequam prorumpat in effectum. Et quantum ad hoc dicit, Qui dixerit fratri suo, Becha: quod est interiectio irascentis. Tertius gradus est, quando peccatum interius conceptum ad effectum perducitur. Est autem effectus iræ, nocentium alterius sub ratione vindictæ. Minimum autem nocentorum est quod fit solo verbo. Et ideo quantum ad hoc dicit, Qui dixerit fratri suo, Parue. Et sic patet, quod secundum addit supra primum, & tertium supra vtrumque. Vnde si primum est peccatum mortale in casu in quo Dominus loquitur, sicut dictum est:

est \* multo magis alia . Et ideo singulis eorum ponuntur correspondentia aliqua pertinentia ad condemnationem . Sed in primo ponitur iudicium quod minus est : quia ut Augustinus dicit \* , in iudicio ad huc defensionis locus datur . In secundo verò ponitur consilium , in quo iudices inter se conferunt quo supplicio damnari oporteat . In tertio ponitur gehennam , ignis , quæ est certa damnatio .

a 3 ad 2  
lib. 1. de  
ser. Dom.  
in mōte,  
cap. 19. d  
me. 10. 4.

ARTIC. V I.

Virum ira debeat poni inter vitia capitalia ? 771

Ad sextum sic proceditur . Videtur , quòd ira non debeat poni inter vitia capitalia . Ira enim ex tristitia nascitur . Sed tristitia est vitium capitale , quod dicitur acedia . Ergo ira non debet poni vitium capitale .

Sup. q. 34  
art. 5. Et  
mal. q. 8.  
a. 1. cont.

¶ 2 Præterea , Olius est grauius peccatum quàm ira . Ergo magis debet poni vitium capitale quàm ira .

cor. 3  
ad 21. &  
22. & q.  
12. a. 5.  
gl. or. ib

¶ 3 Præterea , Super illud Prouerb. 29. Vir iracundus prouocat rixas : dicit gloss. \* Janua est omnium vitiorum iracundia , qua clausa , virtutibus intrinsecus dabitur quies : aperta autem , ad omne facinus ardebitur animus . Nullum autem vitium capitale est principium omnium peccatorum , sed quorundam determinatè . Ergo ira non debet poni inter vitia capitalia .

li. 31. c. 31

SED contra est , quod Greg. 31. Moralium \* , ponit iram inter vitia capitalia .

RESPONDEO dicendum , quòd sicut ex præmissis patet \* , vitium capitale dicitur ex quo multa vitia oriuntur . Habet autem hoc ira , quòd ex ea multa vitia oriri possunt , duplici ratione . Primum , ex parte sui obiecti : quod multum habet de ratione appetibilitatis , in quantum scilicet vindicta appetitur sub ratione iusti , vel honesti : quia sub dignitate alie , ut supra habitum est \* . Alio modo , ex suo impetu , quo mentem præcipitat ad inordinata quæcumque agenda . Vnde manifestum est , quòd ira est vitium capitale .

1. 2. q. 84.  
a. 3. & 4.  
Art. 4

Ad